

POSTULATOR



GENERALIS

CAUSARUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS  
SERVORUM DEI

SOCIETATIS SALESIANÆ ET INSTITUTI FILIARUM MARIÆ VIRG. AUXILIATRICIS

Universis et singulis praesentes litteras inspecturis, fidem facimus ac testamur, Nos ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, et Sanctorum suorum venerationem extraxisse ex authenticis locis sacram particulam ex **ossibus Sancti DOMINICI SAVIO** adolescentis laici confessoris, Augustae Taurinorum, in Salesiano Oratorio S. Joannis Bosco alumni, quam reverenter collocavimus in parva theca ex aurichalco confecta, rotundae formae, crystallo munita, bene clausa, funiculo serico rubri coloris colligata, et sigillo Nostrae Postulationis in cera rubra hispanica impresso obsignata, cum facultate apud se retinendi, aliis donandi, et in quolibet Templo, Oratorio seu Sacello publicae Christifidelium venerationi exponendi, de licentia tamen eorum ad quos de jure spectat.

In quorum fidem hasce litteras manu nostra subscriptas et eodem sigillo firmatas expediri mandavimus.

Datum Romae, die *XXIV* mensis *Septembris* anni MCML *XI*.



CAUSÆ POSTULATOR

*Pa. Julius Bianchini*